

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Ernst Schaper

**Decanus Facultatis Medicae in Academia Rostochiensi, Johannes Ernestus
Schaperus ... Ad Disputationem Inauguralem De Valvularum Vasorum Lacteorum
Lymphaticorum Ac Sanguiferorum Dilucidatione a Praenobili Ac Clarissimo
Medicinae Candidato. Dn. Johanne Jacobo Döbelio, Rostoch. ... Ad. D. XI.
Decembr. ... Invitat**

Rostochii: Wepplingius, [1694]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730127885>

Druck Freier  Zugang



Archiv - Sammlung

R U. med. 1694

Johanna Ernst Schaper, Mrs.

Johanna Jacob Döbel. Resp.

5

DECANUS
FACULTATIS MEDICÆ IN ACADEMIA
ROSTOCHIENSI,
JOHANNES ERNESTUS
SCHAPERUS,
MED. DOCTOR. EJUSQ; PROFESSOR PUBL. DUCALIS.
SUO & AMPLISSIMÆ FACULTATIS SUÆ NOMINE

^{AD}
DISPUTATIONEM INAUGURALEM
^{DE}
VALVULARUM VASO-
RUM LACTEORUM, LYM-
PHATICORUM AC SANGUIFE-
RORUM DILUCIDATIONE

PRÆNOBILI AC CLARISSIMO
MEDICINÆ CANDIDATO.

DN. JOHANNE JACOBO
DÖBELIO, Rostoch.

PRO OBTINENDIS IN MEDICINA HONORIBUS ATQUE
PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

AD. D. XI. DECEMBR.

IN AUDITORIO MAJORI.

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS HABENDAM
MAGNIFICUM ACADEMIÆ RECTOREM, PATRES
AC CIVES ACADEMIÆ OMNES OFFICIOSE ET QVA
FAS EST, HUMANITATE INVITAT.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGI, Univ. Typogr.



UNQVAM OTIOSUS! Academicum
hoc aureum lemma Excellentissimis A-
cademiæ Naturæ Curiosis est, qvo tum
sibi ipsis, tum aliis incitamento sint ad
institutos frustratos licet, continuandos
labores & invenienda curiosa, qvæ si-
mul non levem utilitatem afferant; an-
nulo aureo, aut potius libro ex auro
Metallorum regi confecto, metallo ipsi
qvam maximè convenienti insculptum gestant, ut in le-
gibus N. C. L. XXI. videre est; Ne ulla dies sine li-
neâ propter bujus lemmatis excellentiam prætereat aut
præterlabatur, qvæ non nova utilia suppedit et indefessâ
factâ eorum disquisitione. Sed ut auro, sic Excellen-
tissimis Curiosis qvam intimè infixum menti est hoc lemma,
ut circa hoc occupata continuò ferè desudet, id qvod obser-
vationes tam maximè curiosæ, qvam summè utiles, qvibus
â multis annis editæ Ephemerides superbunt, satis super-
que evincunt. Nec Eruditis aliis hoc symbolum deest; qvip-
pè industriâ non satis laudabili sensuum terminos præter-
vecti, ut generalioribus loqvendi modis obscure explicata
rationis vi mechanicè non tantum clariora reddant, sed
clarius explicata esse, experimentis postea eruditè probent;
Ad qvam maximè utilem scientiam impetrandam nec tem-
pori, nec laboribus, ne dicam nec luptibus pepercerunt,

qvin

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

qvin potius frustratos labores denuò obstinatà industria
reiteraverint, donec institutum ex voto responderit, ac felici
succesu mechanicam ritè applicatam dilucidè detexerint.
Hujus rei manifesti interpretes sunt Physici, sunt Anatomici;
Jlli mechanicis suis experimentis superbiunt, qvibus
res naturales tum probare, tum explicare, tum etiam è
paradoxis veridoxa Physica omnium consensu fomare que-
unt, ut stupenda sæpius inde eveniant, non nisi tamen natura-
lium corporum, qvatenus naturalia sunt, veræ consideratio-
nis testes; Hi illis non minores circa curiosam & miraculi ple-
nam corporis humani struēturam occupati ad stuporem ali-
orum usq; indefessâ in secando industriâ ac repetitis obsti-
nato consilio acutissimis sectionibus eò usq; pervenerunt, ut
corporis nostri amplius nulla pars lateat, cujus textura verè
miraculosa non constet, officium non perspectum sit & tra-
jicientes humores non denominari queant. Curiosa hæc &
seria corporis humani acuto anatomico cultro instituta Le-
tio hepati epitaphium, cordi triumphum in languificandi
officio conciliavit, sic alterum viscus exautoratum, alte-
rum autoratum legimus. vid. Barthol. de Vas. lymph. p.
iii. Manet tamen nihilominus hepati conveniens auto-
ritas, glandulosis cùm acinis suis reliqvorum abdominis
viscerum ex recepto sanguine bilem secernat, & ad in-
testina per ductum choledochum amandet, sic unicui-
que parti, si ordinario & à veteribus consignato offi-
cio privatur, aliud terè æqvale superstes est. Idem experti
sunt fatum testes mulierum, qvi æqve ac virorum ad secer-
nendum semen per spatium temporis haud breve leguntur,
& vix mutatam crediderim opinionem, nisi dexterint A-
natomici curiosi, mulierum testes esse ovaria, seu propriis
tunicis inclusa parva ovula, cicerum minorum magnitudi-

ne, qvibus futuri hominis stamina delineata continentur.
Passivè sic concurrere in generationis negotio mulieres, ne-
cessaria & vera hinc formanda consequentia est, omnemq;
generationem & vivipararum ex ovo fieri tam certum, qvam
qvod certissimum_. Non sine laude hinc nominandus Ex-
cellentissimus & nunquam otiosus Regnerus de Graaf, qvi
tract. de malierum organ. generat: inservient: hoc prolixius pro-
bat, cui qvoque suffragatur Curiosissimus Anglus Harvæus
Exercitat: de generat: animal: ille est, cui sanguinem &
humores in orbem agi omnium primò debemus notitiam,
qvo fundamento, qvæ sanitatem concernunt, multa nitun-
tur. Et sic cum fructu animadvertisimus, qvid ferat, nun-
quam otiosum esse_. Vix glandulae partium corporis adhuc
hodiè innotuissent, vix muscularum structura curiosa co-
gnita, vix nervorum ductus perlpecti, nisi detecta essent
hæc omnia à nunquam otiosis anatomicis. Nec minus stu-
porem meretur, qvod eruditorum industriâ arteriarum
musculi, qvibus extenduntur, jam collabuntur, detecti sint.
Sed omnia anatomica curiosa huc recensere nimis prolixum
esset, unicum saltem adhuc commemorabo, qvam curiosa
qvælo est & summè utilis valvularum doctrina, qvibus tum
venæ, tum vasa lymphatica, tum aliæ corporis partes præ-
ditæ, quibusq; ad cor ac partes superiores humorum ascensus,
ne delabantur, firmatur, ac motus muscularum naturalis ex-
plicatur. Tam elegans, tam curiosa, tam utilis hæc val-
vularum doctrina est, industriâ nunquam otiosi Amstelo-
damensis anatomici Fr. Ruylichii detecta_. Ex his omni-
bus omnino colligere licet aureum esse lemma_. NUN-
QVAM OTIOSUS! Hoc qvoque Prænobilis noster Can-
didatus Commendatum habuit, qui studiis suis feliciter,
gestis, qvibus cognitus, indefessam suam industriam pro-
bavit

bavit. Lucem ille primum aspergit hic Rostochii, diemque
natalem accepit d. XXIX. Martii, Anno M. DC. LXXIV.
Patre Viro Nobilissimo Experientissimo & Excellentissimo
DNO. JOANNE JACOBO DÖBELIO, Doctore & Pro-
fessore Medico Celeberrimo, Comite Palatino Cæfareo A-
cademiæ N. C. Collegâ dicto Hippocrate secundo nec non
hujus civitatis Roseæ Physico meritissimo. Matre ANNA
ELISABETHA von Hillen/ Fœmina Nobilissima ac omni
virtutum sui sexus genere commendatissima. Avum Pater-
num habuit Virum Pl. Rev. atq; Ampliss. *Dn. Jacobum Döbeli-*
um, Ecclesialten apud Gedanenses fidelissimum & Aviam Pa-
ternam, fœminam virtutibus & pietate ornatissimam *Elisabe-*
tham Müllers. Maternum Avum veneratur Virum Nobiliss.
Ampliss. & Consultiss. *Dn. Johannem Christophorum von Hillen/*
U. J. D. Celeberrimum, qui ex stemmate generoso von
Hillen/ prosatus, Patre Viro Nobiliss. Ampliss. Consultiss.
Johanne von Hillen/ JCto famigeratiss. & Regio in Dania
& in inferiori Saxonia Ducali Consiliario intimo. Cujus
Majores in stemmate generoso fuere Viri Generosi atque
præstrenui *Dn. Johannes von Hillen/* summus vigiliarum
Præfectus sub Philippo II. Hispaniarum Rege, & *Dn. Justus*
von Hillen/ Anglus & sub Carolo V. imperatore, Capita-
neus; Qvos familiæ suæ majores colit Candidatus noster. Avi-
am Maternam salutat Nobilissimam ac quibusque dotibus
sui sexus Clarissimam *Annam Elisabetbam Cobmannin*, prosa-
tam ex familiâ Nobilissima ac Celeberrima Cobmanniorum,
qvos inter Vir Magnificus & Excellentissimus *Dn. Ernestus*
Cobmannus, JCtus Magnus, Antecessor in hac Academia Ex-
cellentissimus, hujusdemq; Civitatis Syndicus, nec non Se-
renissimi Meklenburgensis Ducis Consiliarius intimus & Can-
cellarius, quem Abavum Candidatus noster veneratur. Sta-
tim

tim autem & à pueritia privatæ Præceptorum, postmodum
vero publicæ informationi B. Dn. M. Roperti, Sub-Rectoris,
& B. Dn. M. Mobriti, Rectoris commissus est. Qvibus
morte abreptis, Dn: M. Burgmanni, tunc temporis Con-
Rectoris, nunc templi Nicolaitani Pastoris vigilantissimi,
& Dn. Joachimi Ottonis, Rectoris ad huc Scholæ celeberrimæ
meritissimi institutione ac informatione usus est, cui o-
mnes in humanioribus debet protectus, dum non solum
in Scholâ methodo faciliori brevibus omnia doceret, sed &
privatim in ædibus suis, qvarum communitate per trien-
nium usus, ad altiora manuduceret. Dignus itaq; ab illo ju-
dicatus, ut Anno 1690. d. 7. April. à Viro Excellentiss. Consul-
tiss. Dn. Jobanne Festingio, J. U. D. & Professore Publico,
Consistorii Ducalis Assessore, Magnifico tunc temporis Re-
ctore matriculam peteret, qvà impetrat à priora studia sub
ejusdem laudati Scholæ Rectoris Viri eruditissimi auspicio
feliciter aliquandiu ad huc continuavit, quibus absolutis ad
medicinam animum applicuit; ac in Medicis in academiâ
patriâ Præceptorem veneratus Virum Excellentiss. Experien-
tissimum DN. Job. Gerdes, Med. D. & Prof. Publ. celeber-
rium. Qui non solum in anatomicis, Pharmaceuticis,
sed in alliis quoque medicinæ partibus fidelem operam
præstítit, hoc temporis tractu, cum d. 21. Augusti Anno
1690. sub Excellentiss. Gerdesi præsidio inauguraliter de
Phthoe disputaretur, non sine laude opponentis munere fun-
ctus. Sed abitum in alias Academias meditabatur, ante abi-
tum tamen Anno 1691. d. 1. Jul. Præside Viro Excellentiss.
Dn. Matthia Stein, J. U. D. ac P. P. Celeberrimo Magnifico
h. t. Rectore dilputationem in Beermannii meditationum
politcarum Cap. 4. s. 6. 7. publicè cum applausu defendit;
Postqvam prius Collegii in easdem meditationes sedulus
fue-

fuerat auditor ac disputator. Hinc Anno 1691. d. 28. Jul.
Haffniam petiit, ubi celeberrimos Viros Jacobæum ac Bar-
tholinum audivit, illum materiam medicam examinanter,
hunc variorum generum animalia dissecantem, ejusdemq;
loci multorum in super chymicorum laboratoria freq-
tavit non sine fructu. An. 1692. d. 20. April. Regiomontum
perrexit, & antecessorum istius Academiæ Excellentissimo-
rum informatione usus & assiduus auditor fuit in Collegio
practico Lepneri, institutiones repetentis Woseginii, Anato-
miam legentis Starkii. Dn. Doctori Hartmanno itidem se ma-
xime obstrictum profitetur, (id qvod ipsis Candidati no-
stri verbis eloqvar,) utinam verò pro meritis industriam &
benevolentiam Dn. D. Jacobi Hartmanni extollere possem; Prater
Physica & anatomica integrum, ut vocant, apud eundem absolvitur-
sum medicum, ex qvo quicquid in Medicis profeci, accepi. Oppo-
nentium subsellia bis in Academia hac occupavit, altera vice
disputante pro loco Dn. D. Panringio de Conservanda sanie-
tate Illustrium, altera disputante pro receptione in Facultatem
Dn. D. Harveckio, de Hæmoptysi, qvo duplii opponentium
munere ingenuam ab auditoribus promeruit laudem. Locu-
pletatus sic optimæ eruditiois divitiis Regiomonto Gedan-
num ivit, ubi Patronos sese ipsi maxime exhibuerunt Viri
Amplissimi Excellentiss. Experientiss. Otto Didericus Voege-
ding, Med. D. & Proto Physicus, D. Christophorus Gottwald,
Physicus apud Gedanenses celeberrimi, qvibus Candidatus
noster obstrictissimum se profitetur ut grati animi mos est,
cum ille innumeris ferè modis rerum ac studiorum fuerit
Promotor, hic favore ac recommendatione suâ effecerit,
ut Illustrissimus atq; Excellentiss. Dn. Dn. Nicolaus Grude-
zinki de Grudna, Capitaneus Golubiensis, Gussoviensis,
Gruboviensis &c. &c. salutem suam totiusq; aulæ curæ
Candidati nostri tanquam Medico ordinario concrederet,

Quā

Qvâ occasione non superficialem tam apud Regni Polonici
Proceres, qvâm minorum gentium nobiles in praxi medica
habuit exercitationem; & simul modo eò, modo alio vo-
catus theoriam ad praxin non sine successu felici retulit. Nec
ulterior deerat functioni istæ ad majora adspirandi fortuna,
nisi eam repudiare ac abire alias scopus fuasisset. Hinc
ire in Italiam aliasq; terras constituerat, amico tamen, cui
ratio status ipsius cognita fuit, desvadente, patriam prius
revisere, hæreditatemque cum fratribus ac sororibus adhuc
communem dividere voluit, quo facto Varſaviā Gedanum,
Gedanō in Patriam mense Septembr. reversus amicos, fra-
tres & sorores resalutavit, omni cum intentione, dispositis
rebus se peregrina rursus adire velle loca; ante abitum
tamen præmia, qvæ benè gesta studia poscunt, ab Amplissima
Facultate medicâ, eâ, qvâ decet, humanitate petere; post-
qvam sic die 6. Octobr. h. a. nomen Ampliss. nostræ Facul-
tati professus, ut ad examina admitteretur, & die 11. O-
ctobr. admissus summâ cum laude ea sustinuit, & satis pro-
bavit, se non otiosum fuisse. Qvibus exantlatis communi
suffragio Licentia disputandi pro obtinendis honoribus Do-
ctoralibus ipsi statim concessa est. Ad qvam obtinendam, ana-
atomicis delectatus, pro suo lubitu elegit & conscripsit *Vasculari-
rum vasorum lacteorum, lymphaticorum, sanguiferorum dilucidati-
one* de qvâ Volente Deo die 11. Decembr. inauguraliter disputa-
bit. Qvapropter Magnificum DN. RECTOREM, Patres ac
Cives Academicos omnes & singulos, literarumq; fautores,
ut suâ freqventiâ disputationem hanc inauguralem red-
dant illustriorem, observanter ac officiose
invito.

Publ. Rostochii Sub Sigillo Facult. Med.
d. 2. Dec. An. M. DC. XCIV.

fuerat auditor ac disputator. Haffniam petuit, ubi celeberrimo tholinum audivit, illum materiali hunc variorum generum animalium loci multorum in super chymico tavit non sine fructu. An. 1692. d. perrexit, & antecessorum istius Arum informatione usus & assiduus practico Lepneri, institutiones remiam legentis Starkii. Dn. Doctor xime obstrictum profitetur, (id stri verbis eloqvar,) utinam ve benevolentiam Dn. D. Jacobi Harimi Physica & anatomica integrum, ut volumen medicum, ex quo quicquid in Mennitium subsellia bis in Academia disputante pro loco Dn. D. Pantate Illustrum, altera disputante pro Dn. D. Harweckio, de Hæmoptysi munere ingenuam ab auditoribus pletatus sic optimæ eruditiois dum ivit, ubi Patronos sete ipsi Amplissimi Excellentiss. Experiencing, Med. D. & Proto Physicus, Physicus apud Gedanenses celebemus obstrictissimum se profitetur cum ille innumeris ferè modis Promotor, hic favore ac recomitut Illustrissimus atque Excellentiss. zinki de Grudna, Capitaneus G. Gruboviensis &c. &c. salutem suam Candidati nostri tanquam Medicum



69r. d. 28. Jul. bæum ac Bar- examinantem, n, ejusdemq; toria freqvē Regiomontum cellentissimo uit in Collegio regini, Anat- itidem se ma- Candidati no- is industriam & possem; Prater dem absolvitur accepi, Oppo- sit, altera vice serbanda sanie in Facultatem opponentium audem. Locu- monto Gedanibuerunt Viri idericus Voeg- orus Gottwald, us Candidatus nimi mos est, idiorum fuerit suâ effecerit, Nicolaus Grude Gussoviensis, iue aulæ cūræ concrederet, Quā